

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### **I. Übersetzung**

1 M'. Aemilio C. Valerio Potito consulibus bellum Aequi parabant, Volscis, quamquam  
2 non publico consilio capessentibus arma, voluntariis mercede secutis militiam. Ad  
3 quorum famam hostium - iam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum -  
4 dilectum habentem Valerium consulem M. Menenius tribunus plebis legis agrariae  
5 lator cum impediret auxilioque tribuni nemo invitus sacramento diceret, repente  
6 nuntiatur arcem Carventanam ab hostibus occupatam esse. Ea ignominia accepta cum  
7 apud patres invidiae Menenio fuit, tum ceteris tribunis, iam ante praeparatis inter-  
8 cessoribus legis agrariae, praebuit iustiolem causam resistendi collegae. Itaque cum  
9 res diu ducta per altercationem esset, consulibus deos hominesque testantibus quid-  
10 quid ab hostibus cladis ignominiaeque aut iam acceptum esset aut immineret culpam  
11 penes Menenium fore qui dilectum impediret, Menenio contra vociferante, si iniusti  
12 domini possessione agri publici cederent, se moram dilectui non facere, decreto  
13 interposito novem tribuni sustulerunt certamen pronuntiaveruntque ex collegii senten-  
14 tia: C. Valerio consuli se, damnum aliamque coercionem adversus intercessionem  
15 collegae dilectus causa detractantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse. Hoc  
16 decreto consul armatus cum paucis appellatibus tribunum collum torsisset,<sup>1</sup> metu  
17 ceteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Carventanam arcem, quamquam invisus  
18 infestusque consuli erat, impigre primo statim adventu deiectis qui in praesidio erant  
19 arcem recepit; praedatores ex praesidio per negligentiam dilapsi occasionem aperuere  
20 ad invadendum. Praedae ex adsiduis populationibus, quod omnia in locum tutum  
21 congesta erant, fuit aliquantum. Venditum sub hasta consul in aerarium redigere  
22 quaestores iussit, tum praedicans participem praedae fore exercitum cum militiam non  
23 abnuisset.

### **II. Sprachliche Erläuterungen**

1. Z.12 **possessione**: Was für ein Ablativ?
2. Z.20 (**praedae**) - Z.23 (**abnuisset**): Bitte Naturlängen eintragen (Strich über betr. Vokale).

---

<sup>1</sup> Hilfe: Z.16 **collum torquere alicui**, eigentlich: 'den Hals etwas drehen', d.h. etwa 'gefesselt abführen'.

